



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

113. An Beneficiarius, qui alio die supplet defectum in recitatione  
commissum, liberetur ab onere restitutionis? Ex p. 2. tr. 12. res. 24.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

## 486 Tractatus Sextus

debito ratione Sacerdotij, ut hac ratione Sacerdotem negligenter ad oblationem praecipi Ecclesiæ suauius induceret. Pari modo si quis sapientius solitus Horas negligere, ad quas ratione ordinis tenetur, vocaret Deo scilicet imposterum eas semper lectum, censeretur solum votum suum extendisse ad Horas titulo ordinis debitas. Idem dicendum de eo, qui antea habens votum singulis diebus Horas Canonicas legendi, postea suscipit Ordines Sacros, vel beneficium. His enim & voto, & praecipto Ecclesiæ semel dumtaxat recitando satisfaciet, quia praecipsum Ecclesiæ per opus alio titulo debitum impleri potest, ut constat. In dubio autem, tam votum, quam Sacramentalis Penitentia, intelligitur de opere, non debito. Quia omnia valde notanda sunt; & illa inuenies etiam apud Bonarium loco citato, cap. 5, num. 17.

6. Nota tertio; quod ille, qui beneficium accepit cum onere soluendi alteri omnes fructus in pensionem, tenuerit Diuinum Officium recitare; quia sponte sua, & voluntariè acceptauit beneficium cum onere soluendi omnes fructus, ac proinde ex pacto tacito obligatus est ad illius beneficij administrationem, ergo etiam ad recitandum Diuinum Officium, cum haec sit vna ex potissimum partibus illius administrationis. Consequens est manifesta; quia vnuquisque ex iustitia tenetur implore pacta, & promissa, nec Papa sic confetet ei beneficium, intendit affrebar eo hoc onus, nec ipse potest sua voluntate se ab eo liberare, cum sit intrinsecum ipsi beneficio. Confirmatur, quia beneficium non debet defraudari recitatione officij, sed in hoc casu non tenetur recitare pensionarius; ergo habens titulum, cum ipse sit beneficiarius. Ita Medina, Cod. de oratione, quaf. 7. Nauarus, c. 7. de oratione, n. 30. corollar. 23. c. 20. n. 15. & cap. 21. num. 12. & in Manuali, c. 25. num. 104. Rodriguez part. 1. sumo. 141. n. 4. concil. 3. versio Quinto. Graffius part. 1. decisi. lib. 2. cap. 50. num. 17. Zerola verb. beneficium, §. 4. dub. 4. Azorius p. 1. lib. 10. cap. 4. q. 5. fin. Suarius tom. 2. de Religione, lib. 4. de Horis Canonici, c. 20. d. 1. num. 2. Ad hanc sententiam accedit Paludatus in 4. distin. 13. quaf. 5. artic. 1. concil. 4. fin. vbi ait Si distributiones non percipit, nec praebendae emolumen ad praefens, sed recipere expectat in futurum, est autem receptus in Canonicum, verum beneficium haber, vnde & obligatus est ad officium, quia vocem in Capitulo habet, & statum in Choro. Idem dicit doctus Turrecremata cap. 1. distin. 91. num. 19.

7. Nota quartio, quod si ablato fructuum beneficij non est perpetua, sed pro aliquo tempore etiamsi violenta, & iniusta, & sine spe recuperationis, non sufficit ad excusandum ab obligatione recitandi Officium. Ratio est, quia si beneficiarius per futurum, vel rapinam priuerit fructibus beneficij, non propter ea excusandus est ab administratione beneficij, neque si sit Curatus ab administratione Sacramentis: ergo neque ab onere recitandi Officium, quod non minus est per se coniunctum beneficio. Præterea, si per sterilitatem temporum, beneficium aliquibus annis nullos redderet fructus, non idem excusandus esset beneficiarius à recitatione Officij; nam si contingat vberiores, vel duplo maiores esse fructus viuis anni, non propter ea maius onus suscipit. Ratio à priori est quia inter beneficium, & Ecclesiæ hoc iustissimum pactum tacite interuenit, vt si eum ipse ratione beneficij ins habet ad omnes eius fructus, quorum illi fuerint, ita etiam recipiat in se onera Beneficij, tanquam propria, & pericula saltem ordinaria, & moralia, vt interdum fructus minuantur, vel auferantur: ergo, licet pro aliquo tempore iniuste priuerit fructibus beneficij, non ideo statim

poteſt licet Officium suum deferrere, & Horas Canonicas omittere. Ita Vgolinius p. 1. de officio Episcopi, fol. 68. & 70. Naldus in summa, verb. Officium, n. 1. expreſſe Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canon. c. 20. n. 15. Fillius tom. 2. tract. 23. c. 5. q. 97. d. 1. n. 162.

### RESOL. CXIII.

*An beneficiarius, qui alio die supplet defectum in recitatione commissum, liberasur ab onere restituendis?* Ex p. 2. tr. 12. Ref. 24.

§. 1. **A** Ffirmatuē respondet Mofelius in summa, tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 17. & hanc sententiam probabilem esse existimat Bonacina de Horis Canonici, Disput. 1. quaf. 5. punct. 2. n. 3. quia in tali casu reperiit aquale. Secundò, quia Capellanus qui ratione Capellaniæ hodie tenetur celebrare, si alio die celebret, ad nullam restitucionem tenetur; ergo neque beneficiarius qui alio die Officium supplet.

2. Sed contrariam sententiam tenet Henricus lib. 1. cap. 1. num. 2. & alij communiter. Et ratio est, quia Pius V. in Bulla assertum est, cum non recitat suo tempore, non facere fructus suos; deinde beneficiarius non recitans Horas Canonicas, ipso facto, absque alia iudicis declaratione incurrit penam restitutiois fructuum; sed nemo potest propria autoritate extirpare se à pena, quam contraxit. Ergo, &c.

3. Nota etiam, quod male à Mofelio, & Bonacina citatur Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 19. n. 11. & Fillius tom. 2. tract. 23. cap. 10. num. 307. pro affirmativa sententia; nam logiuntur de restitutiois fructuum facienda à beneficiario pro omissione Horarum in primis sex mensibus, de quibus non logiuntur Pius V. in Bulla, vnde de hac questione in sequenti Retulione dicitur.

### RESOL. CXIV.

*An Beneficiarius, qui non recitat, si altero die recitet, & supplet omnissim, excusetur à restituendis fructuum?*

*Et quid, si prædictum pensura Officij omnissim v. g. hodie, recitet post duos, aut tres menses, aut aliud tempus, immo si recites ante tempus?*

*Et an stando in opinione affirmativa talis obligatio posse restituendum facere in eadem specie actionis, ut in recitatione cuiusdam Officij omnissim, an vero possit satisfacere per alijs preces equalis, v. g. per intergrum Reforiarum, Psalmos, Psalmodias, vel per Sacrificium Missarum, &c.*

*Et notatur, quod si in singulis Horis unus dies quid teneat omittitur, quod simul sumptum gravem materiam constituit, ex eo non obligatur Beneficiarius ad restituendum, neque etiam si omittat partem notabilēm unus Hora. Ex p. 9. tr. 9. & Mitc. 4. Ref. 24.*

§. 1. **A** Ffirmatuē sententiam docet novissime Mofelius in Theol. moral. tom. 1. tract. 8. sing. 6. num. 11. qui citat Suarez, Ledefianum, Henricum, Mofelium, & Fillium. Tom. quia reperiit aquale; tum quia Capellanus, quia uno die tenetur ex onere Capellaniæ celebrare, si alio die celebret, non tenetur per se loquendo restituere; ergo neque qui officium alio die recitat. Ad rationes dubitandi respondeo, admittendo, quod Capellanus, qui semel omittit, non satisfacit praecipto recitationis, sed satisfacit oneri contracto alio die recitando;